Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift



contemplationem quoque virginitas cum quam tenet supremum gradum in virtute castitatis significat vita contemplativa. qua castitas elevat mentem a carnalibus et sic disponit mentem ad contemplationem virtutis. Que accipientes lampades suas. que sunt opera bona virtute contemplative. exierunt obviam sponso et sponse. Ad horum debet ordinari exercitium virtute contemplative virtutis possit scilicet et decenter obviare ipso venienti ad iudicium. quia tunc iungetur sibi ecclesiam totaliter mundatam non habentem maculam neque rugam. Quinque autem ex eis erant fatue sunt opera sua bona de genere ad finem debitum non ordinantes. vix addere gloriam principaliter. ad perfectum sui et edificationem proximi. sed propter gloriam et favorem hominum vel quantum principaliter intendentes. Et propterea dicitur fatue. quia bonum opus de genere perdiunt propter defectum intentionis recte. Et quinque prudentes. illesunt quia opera sua bona de genere ad finem debitum ordinant sunt ad gloriam dei principaliter. ad perfectum sui et edificationem proximi. Sed quinque fatue accepta lampadibus non supposuerunt oleum secum. quia non habuerunt spirituale gaudium ex operibus bonis propter deum factis exortum. propter defectum intentionis recte. Prudentes non acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. propter rectitudinem intentionis gaudentes in Domino de operibus suis bonis Dicitur autem gaudium oleum quia nutrit et fovet ignem caritatis Ex hoc enim quod aliquis delectatur in Domino fortius et melius operatur. et per ipsum disponitur ut ei major caritas infundatur. Dum autem facientes sponsi dormitaverunt omnes et dormierunt quinque scilicet de cursu vitae ab ascensione xpi usque